

15^o Loewen, Carolus Philippus: *Positiones Geosco-
practice et can
6^o Mayer, Iosephus Henricus: De comitatu imperii
universalibus, eorumque causa, efficiente, saliente
et materia.*

1719.

1. Ambrosius, Georg Frd.: De bonis maternis.
 - 2^a. Cicelius, Benedictus Hieronymus: De canibus harras.
 - 2^b.
 - 3^a. Dachnerus, Henricus Philippus: De taxa feudalium. 3 Sept. 1739 - 1740.
 - 3^b.
 4. Franckenhain, Jacob August: De usu albinagii in Germania. 3 Sept. 1719, 1731 - 1748.
 - 5^a. Lilius, Jakob Heinrich: De eo, quod iustum et iustum.
 - 5^b. ~~Lilius, Jakob Philippus: Disputationes theoreo-practicae de causis et remedium civiliis.~~
 6. Stent, Joannes Philippus, Falsat. juris Doctor decimus 164. (ex disputationem in ang. Joh. Martinii Appelii invitata).
 7. Kneif, Joannes Philippus: Dissertation in ang. iuridice sorores iura aegrotantium.
 8. Stent, Joannes Philippus: Disputation in ang. iuridice proponens questiones forenses.
 9. Stent, Joannes Philippus: Disputation in ang. iuridice.
 10. Stent, Joannes Philippus: De observanda iuris iuris et actioni pauperum aequalitate.

1719.

11. Tengell, Emeritus, Facult. iuris Ncae Decanus b. l. s. (ad

Dissertationem inaug. Augusti Charkau Enclii invitat.)

12. ^aTengelius, Emeritus: Programma inaugurale, quae

invitat ad . . . Dissertationem inaug. . . Beneficium

^bdiem dieleci et . . . Tengell Emeritus Fac. iur. Decanus: Programma: De juri naturae

imperialis! Dissertatio in qua hanc suam R. Frustulam præmittit.

13. Tengelius, Emeritus: De beneficio competitio

14. Tengell, Emeritus, et Facult. iuris Ncae Decanus.

ad Dissertationem inaug. . . Facult. Augusti Frustula

et . . . invitat.

15. ^cTengell, Emeritus: De eo, quod iustum est circa
prato et agro Wiesen-Rest. 2 Sept. 1719 - 1747

16. Tengelius, Emeritus: Positiones Morotio-practicæ
et canonico-civiles.

17. Tengell, Emeritus, Facult. iuris Ncae Decanus: ad lectionem
... cursonum . . . a Prols. Reg. Liverio habendum invitat.

19. Tengellus, Emertus: De necessarie legum civitatum
uniuersitate et in ea arbitrio aequitate.

20. Tengellus, Emertus: Facult. iuris: decanus: ad lectio-
nem. Nenius, a burgius Nenius... habendum... iurist.
uniuersitate et in ea arbitrio aequitate.

21. Tengellus, Emertus: De stigmatis in facie.

22. Tengellus, Emertus: De iuris novis ac non
activa et passiva.

23^o. Tengellus, Emertus: Facult. iuris: decanus: Proponit
in iur. quo iurist. et... dissertationem in iur. ac
arbitrio et passivo.
Ioh. Heinrich Schmitz... daturam.

23. Tengellus, Emertus: De eo, quod iustum est in iure pacis
periculum.

24. Tengellus, Emertus: Facult. iuris: decanus: ad dissertationem
in iur. Iuris Sacri Iesu Christi... iurist?

25. Tengellus, Emertus: De usurpcionibus et praescriptiobus.


26. Tengel, Smekke, Faust. iuri dicere decanus facultatem
Solenmna ... Georgio Omani & Zemmeri. - Prostata f.
halatione

1720.

1. Haes, Corrado Ferdinandus: De jure decimarii.
2. Humold, Hugo Francus, Faust., iuri dicere decanus b.l.s.
(ad Disputationem in qua. Bon. Gottlobi Segleri invitat.)
3. Humold, Hugo Francus, Faust., iuri dicere decanus b.l.s.
ad Disputationem in qua. Ferdinandi Wageneri invitat.)
4. Humold, Hugo Francus: Decaderatione conjugum.
5. Humold, Hugo Francus: De officiis et potestate praec-
toris provincialis.
6. Humold, Hugo Francus: De incertis praescriptionibus
7. Schmette, Henricus Melchior: De jure Sosatari equorum
et juris cinctis collatione in successione ab intestato

8. Tengelin, Emeter: De processu dissertationis in furo
Saxonico.
9. Tengelin, Emeter, Facult. iuridicae decanus: et Disser-
tationem in ang. Iohannem Christianum Esselborgeri
invitatus.
10. Tengelin, Emeter: De cura maritali. Verles
theologischer Vorlesungen 1720 - 1752
11. Tengelin, Emeter, Facult. iuridicae decanus et
dissertationem in ang ... a ... Thes. Ch.
Lino Lampre ... habentem invitas.
12. Tengelin, Emeter: De mortaliis in ang. iuridica,
videlicet, decalen quaestioneum, iuri Disparum theoricas
practicarum.
13. Tengelin, Emeter, Facult. iuridicae decanus: et Disser-
tationem in ang. Iohannem Christianum Zimmermanni invitat.

14. Fricker, Joannes Philippus: De antice, quatenus
designat personam, a qua aliquis acceptivus.
15. Wengenroth, Dr. Sylvester: De legitima principio
num i. n. applicatione
16. Finchier, Georgius Herossem: De receptione in
Capitula etc.



1719. 21.
D. B. v.
DISSSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM
DE
STIGMATIBUS
IN FACIE,

Bon

Brandmalen im Angesicht,

EX DECRETO ET AUTORITATE

ILLUSTRIS JC'TORUM ORDINIS
IN PERANTIQA ERFORDIENSI ACADEMIA,

P R Ä S I D E

DOMINO

ERNESTO TENZELL,

JCTO,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUN-
TINI CONSILIARIO REGIMINIS, JUDICI PROVINCIALIS ERFOR-
DIENSIS ASSESSORE, NEC NON CONSULE CIVITATIS PRIMA-

RIO, ET H. T. DECANO,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTRIQUE JURE HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA RITE AC SOLENNITER CON-

SEQVENDI,

ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBJICET

DIE XX. DECEMBR. ANNI M DCC XIX.

GEORG. SAMUEL SCHEFFER,

DINCKELSBUEHLensis.

LOCO HORISQUE CONSuetis.


ERFORDIAE, Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Academiae Typographi.

40.

27

GENERALIA DE STIGMATIBUS.

3



CAPUT I.

Generalia de Stigmatibus continens.

§. I.



Um homo naturâ sit refractarius , in ventitum , cœco plerumq[ue] impetu , ruat , cupiatq[ue] negata ; Cum Nazianzeno in sua Apologia , ars artium & disciplina disciplinarum mihi videtur , hominem regere , qui certe est inter omnes animantes maximè & moribus varius , & voluntate diversus : id quod testatur Seneca L . 2 .
de Clem. inquietus , homine nullum animal morosius esse , nullum arte majori tractandum . Huic adstipulatur Philosophus L . 1 . Pol . c . 2 . Pessimum omnium animalium est homo , si alienus fiat à lege . Quare ad frānandam hominum malitiā , eorumq[ue] audaciam , leges in quolibet Reipublicæ statu ita esse necessarias , ut sine his subsistere nullo modo possit , ne mo ibit inficias , siquidem leges anima sunt & vita omnis civitatis , & in his unicē civitatis salus sita est : Aristot . 4 . Pol . c . 4 .

§. II.

Attamen cùm homines , cādem malitiā ducit . leges in illorum salutem comparatas minimè suā sponte servent , sed subinde

A 2

subinde

subinde susquè dequè habeant; Non autem satis sit, bonas leges condere, nisi etiam diligentissimè custodiantur; Prono inde fluit alveo, Legumlatorum officium fuisse, huic malo variis remedii mederi, & pro transgressionum diversitate, diversas etiam pœnas statuere ac infligere, ut hoc modo auctoritas legum conservetur, ille qui peccavit emendetur, læsi securitati consulatur, & alii etiam tale quid non faciant, nec patiantur.

§. III.

Inter multifaria autem saluberrimè constituta pœnarum genera apparet etiam illa, quæ per inunctionem Stigmatis in facie hominis infertur: De qua nunc, & quidem potissimum de illius iustitia, specialiùs acturus, non nimis immorabor philologicis, generalia tamen quædam, maximè ad statum controversiarum distinctius formandum facientia, non videntur omittenda.

§. IV.

Et cùm xquivocatio non immerito mater rixarum appelletur, præprimis circa acceptiones terminorum in rubro occurrentium quædam monenda erunt. Igitur vocabulum: facies, quod concernit, illud h̄c non alio in sensu, quam quo partem anteriorem capitis humani denotat, accipitur. Equidem Glossa ad L, figuris 17, C. de Pæn, loco in hac lege posita phrasis: in facie scribere, substituit, non esse quem bullandum in fronte; Verum illa ad textum citatum relata, per frontem non tantum eam faciei partem, quæ à dextra & sinistra temporibus, a superiori capillorum radice, ab inferiori vero parte supercilis terminatur, sed totam faciem intelligendam esse ratio suadet.

§. V.

Ad Vocem: Stigma, quod attinet, illud ambiguum est, nemo nescit; Cum enim à verbo græco, στίγμα, i. e. pungo, stigo, unde etiam fustigo compolutum esse, aliqui putant,

GENERALIA DE STIGMATIBUS.

5

tant, descendat; Pungere autem denotet, aculeo, vel re cuspidata, iecur, inferre: In genere punctionem quamcumque tali cuspide vel aculeo factam significat, ut adeo in lingua vernacula voce: Malzeichen, effteri recte posse.

§. VI.

Interdum etiam stigma pro instrumento, sive cauterio, quo ejusmodi compunctione fit, accipitur: Sic Glossator ad L. 3. C. de Fabricens dicit: *Stigmata erant instrumenta, quibus felici nomine nostrae (Imperatoris) Picatis impresso, eorum (Hydrophilacarum, &c.) brachia signabantur. Unde etiam ejusmodi instrumento notati, cauterati vocantur,*

§. VII.

Dein Stigmata sumuntur pro notis, quas diabolum (unde etiam easdem Bechmannus in *dissert. de Crim. Maleficis, c. 3. §. 13.* Teufelskrähen vocat.) mancipiis suis, aut in signum perpetuae servitutis, aut ne horam sabbathi negligant, vel sub palpebris, labiis, axillis, humeris, mammis, vel in sede ima, & nescio, in quibus alii abditis locis, in forma aut vestigii leporis, aut bufonis pedis, aranez, vel catelli, gliris. &c. imprimere dicunt: vid Schroeter, *dissert. de Lamiis c. 3. qu. 2. §. 5. it. Cap. 8. §. 9.* Alberti *dissert. de fugis c. 2. th. 18. add. Dn. Ludovici not. ad Constitut. Criminal. Carol. V, art. 33.*

§. VIII.

Porro Stigmata denotant signa publica, officii, vel notitia causâ & ob alia dijudicanda ita impressa, ut deleri vix queant. Et hoc pertinent nota publicæ, qua brachiis eorum, qui armis faciendis, reparandis ac vendendis deputati erant, quive Fabricenses appellabantur, ad imitationem Tyronum, infligebantur, ut hoc salrem modo latitantes cognoscerentur, L. 3. C. de Fabricens. Ha autem notæ, non tam probrofæ repudabantur, quam potius etiam eo in casu, si quis Fabricensis sine liberis, vel alio legitimo herede, non condito testamento, deceperat, suo modo proficuz erant, tum enim

A 3

collegis

collegis defuncti hereditas deferebatur, L. ult. C. de hered. Decur. Alia hujus generis compunctionum exempla videri possunt in L. 10. C. de aqueduct. junctis notis Gothofredi ad hanc legem, item ad L. cit. 3. C. de Fabricen. L. 1. §. 8. de fugit. conf. etiam Calvini Lexic. juridie. voce: servi literati. Gail. L. 1. O. 118. n. 3. & omnino Petr. Gregor. Syntagm. Jur univers. L. 34. c. 39.

§. IX.

Ulterius Stigmata eorum signorum five characterum nomine veniunt, qui non solum notitia, sed etiam pœna causâ inuruntur: Hac hinc inde Brandmale, Brandzeichen, oder angebrannte Schandzeichen. &c. nominantur. Et sicut ceterum hic significatus ad praesentem scopum proprius accedit, ita etiam ad eundem properans, nunc plura, quæ circa definitionem, quam vocant verbalem, in medium proferri possent, quævè in notis Gothofred. in §o. præcedente allegatis, & ad L. 17. §. 1. ff. de usufruct. nec non apud Lexicographos, & alibi, reperiuntur, mitto.

§. X.

Quod igitur nunc ad Stigmata in hoc ultimo significata accepta attinet, illa describi possunt, quod sint signa externa delinquentibus ita inusta, aut alio modo inflicta, ut exinde constet, eos fuisse criminum reos. Inscribuntur autem vel in facie, vel in alia ab hac corporis parte, brachii nimirum, furis, vid L. 17. C. de pœn. &c. quod hodie fieri solet, dorso, &c.

§. XI.

Posterioris generis Stigmata nullo jure prohibita esse, omnes saniores agnoscent, & usus eorundem adeò certus est, ut & novellæ, quas vocant, publicæ de eodem subinde testentur. Evidem, quod his vel obiter notandum, Carpzovius eadem inter pœnas corporis afflictivas, quas in Prax. Criminal. part. 3, qu. 129, n. 13, & seqq. moribus Saxonici infatas

tatas dicit, non recenset, hincquè junctis præsertim iis, quæ
bac de materia loc. mod. cit. num. 9. differuit, putare quis pos-
set, illa penitus esse abolita; At uti à nonusu aliquujus poe-
næ, ad ejusdem prohibitionem iustitiam vix procedit
argumentum, & præterea id, quod in hac regione desuetu-
dine obumbratum, in alia sacerdotiis in viridi esse potest obser-
vantia; Ita hac abolitio ex ipso etiam Carpzovio non satis
evidenter appetet, idque eò minus, quia alii usum inscriptio-
num in Saxonia testificantur, vid. Schneidew. *commemar. ad*
Instit. tit. de Obligat. que ex delict. nasc. So ult. & ibid. ejusd. nota-
to rem Wesenbec. huncquè in comment. ad Pandect. tit. de Pan-
n. 17. & illum ulterius ad tit. Instit. de public. jud. ubi S. 7. præ-
judicium his inter alia verbis refert: So sprechen demnach
die Schöppfen-Stühle, daß aus solchen und andern Ursachen mehr,
der gefangene Botte, von wegen seiner Verbrechung,
mit Bremming eines Zeichens/ zur Staute gehülagen, und
aller hochermelz unsers gnädigsten Herrn Landen ewig billig ver-
wiesen wird: add. etiam Glos. ad art. 38. Sachischen Wechs-
bilds, & infra. S. 15. c. 2.

S. XII.

Cum Stigmatibus autem, quæ in facie hominis infligun-
tur, non adeo res expedita videtur, & Juribus, & inde et-
iam Jure Consultis, in diversa abeuntibus; Opera pretium
itaquæ erit, in eorundem iustitiam in capite sequenti peni-
tius inquirere.

CAPUT II.

De

Eo, quod iustum est circa Stigmata in Facie.

S. I.

EX iis, quæ in antecedentibus de Stigmatibus penalibus
in genere delibata sunt, facili modo dijudicatur, Sti-
gma in facie nihil aliud esse, quam certum signum,
pœna

pœna nomine, in facie malefici, ob commissum delictum, impressum, ut ejusmodi nebulo inter alios cognoscatur, ad eoque alii sibi ab ipso cavere possint. Nunc autem queritur, an hujusmodi compunctiones, quibus nimurum signum patibali, vel aliud quodpiam, hominibus nullius frigi iniuritur, hodie inter alias pœnas justè infigi possit?

S. II.

Non desunt argumenta primo intuitu satis plausibilia, quæcè hæsitantem facile in causa eorum, qui Stigmatum pœnæ justitiam profrus denegant, hincque ex foris Christianorum eliminandam autumant, seducere possent. Nam, primum, in medium producitur reverentia legis divina, quippe quâ hæbræis in universum prohibitum fuit, ullam corporis partem notare; vel incidere, adeo ut ne calvitium inter oculos facere ipsis licitum esset, *Deuter. 14. v. 1. Imo Deuter 25. v. 2. & 3. iis*, qui Magistratus officio funguntur, quidem permittitur, eum quem dignum viderint plagis, prosternere & coram se facere verberari, sed ita duntaxat, ut mensura peccati sit plagarum modus, hæc quadragenarium numerum non excedant, additâ hac speciali ratione, ne ita fœde laceratus frater iuus ante oculos tuos abeat. Et hoc etiam post Christum natum à Judæis adeo sancte observatum appareret, ut etiam ei, cui alias infenissimi erant, Apostolo nimurum Paulo, plures quam quadragenas unâ minus plagas infigere vix ausi fuerint, *ad Corinþ 11. v. 24.* Argumentari itaque quis posset, si incisiones ac fœde dilacerationes humani corporis sunt interdictæ, multò minus nobilissimam ejusdem partem, faciem scilicet, signis ignominiosè inustis ac cicatricibus deturpare licitum erit.

S. III.

Præsertim cum secundò, hinc inde in Sacris Literis tam Veteris, quam Novi Testamenti, sine distinctione inter masculum & foeminam, non solum inculcetur, hominem ad imaginem divinam conditam esse: Sic enim Summus Creator *Gen.*

DE STIGMATIBUS IN FACIE.

9

Gen. i. v. 26. & seq. ait : Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram , & prestis pescibus maris , & volatilibus terre, omnique reptili , quod moveatur in terra. Et creavit DEUS hominem ad imaginem & similitudinem suam : ad imaginem DEI creavit illum masculum & feminam creavit eos : conf. Gen. i. v. 1. item c. 9. v. 6. Epist. Paul. ad Col. 3. v. 9. & 10. &c. Sed & ex hac ipsa ab imagine Dei desumpta ratione , secundum tradita Speckhahnii, in differe. de eo quod justum est circa penas furcarum, haud ita pridem sub umbone Magnifici Dn. Praefidis hic ventilata, pag. 23. not. d. relati, Deuter. 21. v. 22. & 23. prohibitum fuerit , ne adjudicatus morti & suspensus in ligno , sive patibulo , permaneat, aut pernoctet.

§. IV.

Tertio, Stigmatum in facie inunctionem impugnantibus maximopere patrocinari videtur Jus Civile Romanum, ad hoc quippe antiquioris potissimum avi Jure-Confulti, dum multa de antiquissimo, praesertim apud Romanos, inscriptio- num usu , praesati sunt, tanquam ad communem anchoram in fine configuntur , afferentes, Constantinum M. in L. 17. C. de Pan. his revera satis claris verbis : si quis in metallum fuerit pro criminis deprehensorum qualitate damnatus , minimè in ejus facie scribatur , cum & in manibus , & in suris posse penam damnationis unâ inscriptione comprehendi , &c. Stigmata in facie prohibuisse , idque ex hac quodammodo specialiori , quam in proxime precedenti so. allegata , ratione , quo facies , quam ad similitudinem pulchritudinis celestis figuratam esse , cum memorato Imperatore Constantino M. tradunt , minimè maleficietur , ex hac namquæ cognosci hominem , ac qualis cujusque imago sit , L. 44. pr. ff. de Relig. hincquæ neminem esse in fronte bullandum , Accurs. ad. cit. L. 17. C. de Pan. in hac etenim & in capite culmen esse altissimum , intellectus sedem , quam vocant , regiam , atque inde etiam crescere injuriam , si quis in facie , aut mala , percutiatur , L. 16. §. 6. ff. de Pan. Neutiquam itaque illam lancinandam , aut creaturam quasi aliam , quam qualis Conditoris sapientia placuerit , in mundum

B

mundum

mundum introducendam, & refingendam, aut deformandam esse. Et licet Jus Canonicum in contrariam partem abire videatur, statuendo in cap. 3. X. de Crim. fals. charactere falsarios notari posse, hoc tamen, cum non præcipiat, ut hoc signum imprimatur in fronte, sed generaliter & indistinctè dicat, facias ei imprimere characterem aliquem, non addito, in qua corporis parte, in dubio autem inter Canones & Leges non asserenda sit contradicatio, arg. c. i. X. de nov. oper. nunciat. & Nov. 83. c. i. hinc ut evitetur Legum & Jurium discrepancia atque correctio, citatum capitulum tertium secundum L. 17. C. de Pan, interpretandum, & adeo, nec Jus Canonicum, Stigmatum in facie prohibitionem à Jure Civili Romano factam, reprobare voluisse, firmiter tenendum esse, vid Conrad. Rittershus. different. Jur. Civ. & Canon. L. 6. c. 8. pag. 462, in edit, quæ Argentorati An. 1618. in 8. vo prodiit.

§. V.

Nec minus, quæsiò, prima fronte negativam tueri videtur, quod compunctionis pœna ne quidem finis, quo emendatio delinquentis intenditur, attingatur, quin potius stigmatisorum mores corrumptantur, imò idem ad emendationem, propter infamiam eos perpetuo concomitantem, planè ineptiant, atquè adeo hacce pœna, præprimis si fustigatio, & cum hac relegatio conjuncta fuerit, nihil aliud efficiatur, quam quod ejusmodi malefici, ab omni honesto commercio exclusi, & ex una provincia in aliam missi, magis magisque ad latrocinia & delicta quævis allicitantur, invitentur, & eo ipso diabolo potius mancipentur, hoc autem magis ethnicam crudelitatem sanguinemque, quam justitiam & commiserationem christianam, sapere videatur.

§. VI

Idquæ eò magis, quò minus, quinto, alia deficient remedia ad coercenda delicta & obtinendam emendationem multò aptiora; Posse enim hujusmodi farinx homines, fecesquè Reipublicæ, ut concatenatis durisvè laboribus puniti, perver-

fos

fos ac ad mala quævis pronus mores, delinquendiquè & peccandi pruritum mittant, atquè iisdem regiones, five provinciæ, purgentur, ad operas publicas, utpote ad labores in fortalitiis perficiendos, zum Festungs-Bau, vel ad ergasteria, Zucht- und Spinn-Häuser, vel ad triremes five ergastula & vincula nautica, condemnari, quo ipso & aliud circa Stigmatum in facie inustionem se exerens, & à Simone à Grœnwegen van der Made notatum inconveniens evitetur.

§. VII.

Iste namquæ modò dictus Grœnwegen, *sexti*, probè gnarus, illam in Jure Romano traditam prohibitionis Stigmatum in facie rationem, faciem nimirum hominis ad similitudinem pulchritudinis cœlestis esse figuratam, vix ac ne vix quidem adequatam reperiri, aliam, ut ille tamen ipsenem addidit: nisi fallor, meliorem excogitare allaboravit, scilicet, ne characteribus maculata faciei deformitas obviis forte, & maximè prægnantibus, horum incuteret, & immaturo partui officeret: vid. eund. in tract. de Legib. abrogat. & inustat. ad. L. 17. C. de Pen. num. 6.

§. VIII.

Accedit, *septimo*, id quod Stigmatibus inter alia principaliiter intenditur, nimirum ut flagmatizæ, seu subverbustæ, prout olim dicebantur, experisti fronte, ab integrâ frontis hominibus dignoscantur, nequam obtineri posse, cum facile accidat, ut ex ulcere, vel aliunde, interdum etiam de ritâ operâ, alicujus facies inuratur, vel naturâ jam conspiciua sit cicatrix, similis his Stigmatibus, quæ paenæ nomine infliguntur, & quod adeo ex iisdem, aut nullum prouersus, aut non nisi tale, quod innocentibus magnopere extitulum esset damnoſum, maleſicii commissi argumentum oriatur.

§. IX.

Et tandem, *octavo*, his omnibus pro negativa in medium prolatis rationibus validissimum videtur addere robur, prohibitiōnis
B 2

bitionis inscriptionum in facie toto ferme in orbe, quousque Christiana Religio viget, obseruantia, & tantum non communis Juris Civilis Romani sectatorum adplausus. De Mediolanensi enim, e. gr. provincia, item de Regno Neapolitano ex Maranta, testatur Julius Clarius, Patritius Alexandrinus, Sententiar. L. V. §. fin. Praet. Criminal. qu. 170. n. 1. quod ad totam Italianam extendit Greenweg, sacerdos cit. tr. de Leg. abrog. ad L. 17. C. de Pæn. num. 9. add. Cardinal. Tuschi Praet. Conclus. Jur. tom. VI, concl. 221. n. 1. In Gallia lili candentis notam non amplius in fronte, neque etiam in Hollandia cujusque civitatis insignia in facie, sed saltim in tergo, iniuri solere, non tamen, ratione Hollandiæ, sine notabili inferius adducenda limitatione, tradit idem Greenweg. l. cit. num. 8. & 10. add. Anton. Perez. Praet. in Cod. iii. de Pæn. n. 11. Et quod hic forsitan maxime ferire videtur, punctorum in cute faciei perennium pena in nostra Germania adeo abominabilis dicitur atque exosa, quæ non solum prorsus non sit in usu, sed & ita comparata, ut nec statuto introduci possit, aut si ejusmodi statutum conditum fuerit, nec illud servandum veniat, eam potissimum ob rationem, quæ in L. 17. C. de Pæn. redditur, & in antecedentibus jam sacerdos allegata fuit: vid. Diether. in Continuat. Thesaur. Praet. Besold. voce: Brandmal / Brunnem. ad L. 17. C. de Pæn. Arnold. de Reyger in Thesaur. Jur. voce: pana, in addit. n. 2.

§. X.

Verum enim verò hisce omnibus pro negativa in medium prolati & similibus argumentis non refragantibus, viorem affirmativam sententiam esse, atque adeo Stigmata in facie justè infligi posse, eò minus dubito, quo firmiores & decidendi, & rem illustrantes rationes in promtu sunt.

§. XI.

Quemadmodum enim ipsa naturalis dictitat ratio, Republica magnopere intercede, ut probi ab improbis, perficiata ab integræ frontis hominibus notabiliter discerni, atque adeo

adeò illi ab his non solum se præcavere , sed & Justitiae Präfides ex probrosis epigrammatibus atquè signaculis , de criminibus antea jamjam perpetratis informati , eō melius adversus ejusmodi maleficos procedere & in pœnarum irrogatione mensuram sumere queant ; Hæc autem omnia , si quâ aliâ viâ , maximè Stigmatum in facie inscriptione obtineri posse videantur ; Ita etiam , ipsâ quoquè naturali ratione ducce , hæcce Stigmata pœna nomine justè insiggi posse , nullus ambigo , dummodo inter eandem & delictum necessaria reperiatur proportio .

§. XII.

Non autem solummodò Juri Divino connato , sed & revelato non contraria est Stigmatis in facie inustio , quinimò hoc ; ipso , si non disertis verbis , tamen re ipsa , probata apparet . Evidem hic nunc id , quod *Exod. 21. v. 2. & seqq.* item *Dexter. 15. v. 12 seqq.* de aure Hebrei , vel etiam Hebrei , qui postquam sex annos servierat , non cupiebat septimo liber egredi , subulâ in janua domûs perforandâ , ut nempe hoc Stigmate agnosceretur , dicitur , urgere neutiquam volo , probè conscius , illud huc adeò commode haud quadrare . Nec etiam signo Caini nimis inharrere cupio ; Nam licet nonnulli statuant , fuisse illius fronti literam impressam ; Id tamen , Sacra Scripturâ *Gen. 4. v. 15.* quale illud fuerit , non determinante , & cum alia sententia , signum nempe hoc notabilem & horrendum aliquem corporis affectum , qui incurrit in asperiantium oculos fuisse , suâ non destituta sit verisimilitudine , conf. Christian. Chemnit. Colleg. Theolog. in *Genes. Disp. 3. c. 4. qu. 4.* nondum satis evictum videtur . Nec tandem illis controversiis , qua circa signa , de quibus *Apocal. 7. v. 2. seqq. it. c. 14. v. 1.* mentio fit , enascuntur , me immisce- re hinc necesse habeo , Theologis discutiendum relinquens , an externa & visibilia , vel interna & invisibilia , fuerint ; Ast sequentia , dum apprimè ad præsentem scopum faciunt , non possum non quin adducam : Scilicet *Exod. 21. v. 23. 24. & 25.* hæc in versione latina extant verba : *Sin autem mors fuerit sub-*

secuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, ADUSTIONEM PRO ADUSTIONE, vulnus pro vulnere, livorem pro labore: Et Levit. 24. v. 17. usque ad v. 22. fermè eadem repetuntur his additis: qui irrogaverit MACULAM cultib[us] civium suorum, sicut fecit, sic feci: item: qualem infixerat MACULAM, talem sustinere cogetur. Pone nunc ex his casum, perditum quempiam hominem alii Stigma quoddam ferro ignito in facie inuississe, aut faltem nefarium inventrum fuisse accusatorem, qui falso accusaverit tertium, eo fine, ut Stigmatis vel simuli pena afficeretur, quid statuendum? sanè, juxta tradita:

Legem quam tuleris, de jure tenere tenerie,
obtinebit talionis pena, & adustio pro adustione, Stigma pro Stigmate, macula pro macula infligi legitimo modo, atque adeò reddi poterunt, sicut alii fecit, aut fieri cogitavit, ut audiētes timorem exinde concipiant, & in talia prorumpere crimina, metu hujus pœnae, desistant. Add. Deuter. 19. v. 18. seqq.
& infra §. 24. ex Grenweg. allegata. Elucescit itaque ex his Iuri Divino utriusque, & revelato, & innato, Stigmatis in facie pœnam minime contrariari.

§. XIII.

Quod jam leges atque consuetudines humanas attinet, me parum quidem hic morabuntur ea, quæ circa inscriptiones apud exteras gentes in usu fuerunt, aut adhuc sunt; Id tamen, prater ea, quæ infra ad rationem dubitandi ultimam responsuris sum, illustrationis gratia allegâsse opera pretium erit. Nimirum, uti Romani multa alia, quod vel Leges duodecim Tabularum testantur, à Græcis mutuati sunt, ita hoc etiam circa Stigmata accidisse haud absquè verisimilitudine asseritur; Græcis enim Stigmata servitutis insignia fuisse inde legitur, & cum postea ex ejusmodi servis multi potestati Romanorum subjecti fuerint, in horum etiam consuetudinem pervenit, ut servos inscriberent, vid. Calvin. Lexic. Jurid. voce: *Servi literati.* Quod autem ita servitatis, ac porro, uti supra jam monitum, officii & societatis signaculum erat, postmodum

dum in pœnæ atquæ infamia notam adhibitum fuisse videtur.
 Inurebatur quippe frons non solum calumniatoribus lege
 Remmia litera K. quæ , secundum priscum scribendi morem,
 est prima litera dictæ vocis: Calumniator: vid. Gothofred. ad
L. 13, ff. de tibib. L. 1, §. 2, ff. ad SCum Turpil. sed & delinquenti-
 bus aliis , alia ob delicta facies notabatur: conf. Anton. Mat-
 thæum de Criminibus, Lib. 48. tit. 18. num. II. hoc tamen forsitan
 cum discrimine, quod Stigmata pœnæ nomine inficta longè
 sensibiliora atquæ notabiliora fuerint, quam illa, quæ aliam ob
 caufam, nullo præcedente delicto, imprimebantur: add. Be-
 fold. loc. supr. cit. Atquæ hoc jure utebantur Romani, donec
 Imperator Constantinus circa annum post Christum natum 315.
 inscriptiones in facie, non quod iisdem Republicæ securitas laxa,
 aut alia incommoda exinde secuta fuerint, sed ex alia, in sub-
 sequentibus discutienda ac enervanda ratione , sibi allega-
 tâ *L. 17. C. de pœn. veruit.* At hæc ipsa lex , ut alia hic taceam,
 iterum antiquata à Theophilo Iconoclasta , inustis denuò vul-
 tubis Theophanis & Theodori, Martyrum, Stigmatibus, Petr.
 Gregor. *Syntagm. Jur. universi. L. 31. C. 35.* & quam parum Leo-
 ni Imperatori, qui cognomine Philosophus dicebatur , ine-
 pta Constantini ratio , ne scil. facies hominis ad imaginem di-
 vinam condita maculetur , cura cordique fuerit, argumentum
 ex ejusdem *Nov. 92.* desumi potest.

§. XIV.

Multò minus verò appetet, Jus Canonicum eandem Con-
 stantini infirma ratione superstrūtam legem magni fecisse , si-
 quidem ad casum , quo quidam Clerici sigillum Regis Franciæ
 falsaverant , & idèo quæsumit erat, quæ pœna afficiendi essent,
 Papaæ Urbanus III. in *Cap. 3. X. de Crim. fals.* respondit, quod nec
 membrum iisdem amputandum , nec pœna alia corporalis, ex
 qua periculum mortis oriri posset, adhibenda, sed quod, præ-
 viâ degradatione , in signum maleficiti character aliquis impri-
 mendens sit , ex quo ad abjurationem provinciæ compulsi in-
 ter alios cognosci possint. Verba cit. capituli, dum ab aliis
 in alienum prorsus sensum trahi velint, digna sunt, quæ hic,
 quoad

quoad passum concernentem, inferantur; Sonant autem ita:
Sed eis suis ordinibus degradatis, in signum maleficii characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscatur. Dicitur itaque Clericos fallarios Stigmate esse notandos, quo inter alios cognoscantur; Hoc autem cum vix ac ne vix quidem melius obtineri queat, quam si in ea corporis parte, qua maximè aliorum visu expolita esse solet, caraxentur, salvis idcirco sanx interpretationis regulis, ea, qua de Stigmatibus in allegato capitulo statuuntur, de iis, qua in facie infinguntur, intelligi posse, eo majori cum fidentia existimo, quo minus hujusmodi bullationes, quas vocant, in Jure Canonico alibi prohibita reperiuntur, & quo magis insuper analogia ejusdem juris convenit, ut Clerici degradati, remanente tamen in iisdem, ut tradunt, charactere indelebili, primâ statim fronte in aliorum notitiam perveniant, ne videlicet ulterius actus ordinis, e. gr. missam, celebrent. Incaustum hinc, quod ad finem rationis dubitandi secundum notandum, re sic comparata, agunt, qui dictum cap. 3. x. de crim. fals. secundum L. 17. C. de pen. interpretandum esse contendunt, & per id harmoniam Jurium querunt, ubi talis se exercit discrepantia, qua illam in se jam jam suis difficultatibus obnoxiam & ex supra §. 4. allegato cap. 1. X. de nov. oper. nunciat, ac Nov. 83. c. 1. non satis apertam regulam, in dubio inter Canones & Leges non statuendam esse differentiam, sive, in dubio dispositionem Juris Civ. Romani etiam Juri Canonico probatam censi debere, vid. omnino Titius in Observat. in Compend. Juris Lauterbach. Obs. 7. neutrino quam hic admittit, ut adeo inter eadem jura, quoad Stigmatum in facie inunctionem, recte inter alios differentiam statuant Henr. Hahn. in Different. Jur. Civ. & Canon. à Joh. Schilt. recognitis & illustratis, ibid. 17. §. 114. item Glossa ad c. sententiam, 9. X. ne cleric. vel monach. e. 3. X. de crim. fals. Henr. Boich. Distinct. ad Decretal. cit. cap. 3. de crim. fals. & ipse Innocent. IV. Papa, in Commentar. in V. Libros Decretal. cod. Quidamque hi Glossographi ad conciliandum modò cit. cap. 9. X. ne cleric. vel monach. quippe in quo Clericis, ob irregularitatem, quam dicunt incurere, sanguinis effusio prohibetur, in eo, an tam profundè

Stig.

Stigmata in facie possunt in^pgi, ut sanguis effundatur, aut non ita profundē, sed taliter, ut cutis superficies tantummodo deformatur, nimis fint solliciti, frustra nodum in scirpo quarentes. Sed transeant hæc! Stigmata in facie Jure Canonicō iusta reputari, sufficiat mihi non jam curanti, quomodocunq; illa sint infingenda.

§. XV.

Interim, uti Jus Canonicum plurima, quæ moribus & usus fori Teutonici jam jam introducta erant, approbavit, Schilt. Inslit. Jur. Canon. L. 1. t. 5. §. 15. & prefat. ad supra cit. Hahn. Differ. Jur. Civ. & Canon. hocquè ipso, inter alia, fibi insignem in Germania uolum, imò prærogativam præ Jure Romano comparavit, add. Dn. Böhmer. Emendat. & Additam. ad laudati Schilteri Inslit. Jur. Canon. L. 1. t. 2. §. 8. Ita etiam illud, & mores patrii, in præsenti materia, contra Jus Romanum admidūm conspirant; His moribus etenim ejusmodi Stigmata non tam reprobata, quam potius pœna nomine hincinde etiam adhibita fuisse conatur. Nam cum in Germania provinciis, cune aliis Gentibus, probè agnitus fuerit, quam proficuum Republicæ sit, si malefici ab aliis dignosci possent, hinc eum in finem non solum decalvationis, sed & Stigmatis in facie pœna, inter alias, usitata fuit, siquidem de illa Glossa ad lib. 2. art. 13. Jur. Provinc. Saxon. à Dn. Ludovic. in Doctrin. Pandect. tit. de pan. §. 2. relata, testatur his verbis: Eliche sagen, daß die Zeit, als das Recht gegeben worden, haben die Sachsen lange Haar getragen, und da habe man die Diebe pflegen zu beschermen, also daß man sie kennen und sich vor ihnen hüten möchte. Conf. 2. F. 27. §. 9. cum not. Gothofred. ad vocabul. rindatur, ibi: mos hic fuit variarum Gentium, &c. Dn. Ludov. loc. cit. Sim. van Leeuwen Cens. forens. L. 5. c. 29. n. 10. & Nov. Leon. 60. L. 2. C. de Crim. sacrileg. Quod vero Stigmatis in facie pœnam attinet, de ea Gloss. ad art. 38. Sachsischen Weichbilds, hunc in modum differit: Hat er des Ohrs nicht, man brennet ihn durch die Haare / ic. Und diese Zeichen gibt man den Dieben die des Tales stehlen, und Beutelschneidern, man zeichnet sie aber aufsvert.

C

Zum

Zum ersten / durch die Backen / zu dem andernmal bey die Ohren / zum drittenmal ein Kreuz durch die Stirn / (und ja als oft zu der staupen geschlagen) und man zeichnet sie darum , daß sie die Leut kennemögen / und sich dester das vor in hüten / ic. Recentiorum quoque hujus poenæ in superiori Saxonia usum confirmant supra cap. I. §. 7. citati Schneidew. & Wefenbec. cum ab ipsis allegatis aliisve Autoribus: Et apprime hic facit Ernesti, Ducis Sax. glorios, memorie, Rescriptum de A. 1665. ab Autore *Jur. Saxon. discrepantia, in fin. recitatum, allegatum quæ à Schilt. in Exercit. ad Pandect. 49. §. 181.* Nec non alibi in Germania nostra criminosos moribus hodiernis bullari , inter alios testificantur Wehner. *Observ. Praet. voc. Brandzeichen & cum eodem Dietherr. in Contin. Thes. Besold. voc. Brandmal / §. bodie sape,* resquè ipsa loquitur : Conferantur etiam ad hunc §. um ea, qua Gail, tract. de Arrest. Imper. c. 8. n. 18. de malitia fugitivorum colonorum & desertorum territorii ignominiosis notis publicis, ut ab aliis cognoscantur & ipsis sint exemplo atquè terrori, coercenda , tradit, & his add. Dn Berger. *Elec. Jurisprud. crim. pag. 18. n. 3.* & ejusd. *Suppl. ad hanc Elec.*, part. I. *Obs. 7. p. 51.* ex quo loco, Scabinos Lipsienses die 29. Jan. 1681. Potentissimo Saxoniae Electori Stigmatum in facie iusticium, ex causis ibidem allegatis consuluisse, non sine ratione colligitur, dicitur enim, interalia: Wie nichis weniger sie des so besser zu erkennen, mit ungewöhnlichen Kleidungen, Depilatione, oder Stigmate zu bemerk'en.

§. XVI.

Et quid multa ? Ipse Constitutiones Publicorum Judiciorum Imperatoris Caroli V. secundum quas causæ criminales in foro Germanico dijudicanda veniunt, Stigmata in facie justè infligi posse, et si non directò, certò tamen per consequentiam adstipulantur. In his quippe art. 159. oculorum effusio, & art. 198. præter extractionem lingua, aurum resectio, juncta relegatione , statuitur, atquè adeo, collato etiam art. 104. ubi pena corporis afflictiva, quæ alias erant prohibita, quod vel in hodie usitata nasi abscissione se exerit, & absque tor.

torsione etiam ad Stigmatis in facie penam applicare posset, permittuntur, vix ac ne vix quidem aliqua ratio faciei deformandæ habetur. vid. Match, Stephan. not. ad Sanc. Criminal. Car. V. cit. art. 104. & art. 198. §. Ohren abschneiden. Si itaque majores hâc Stigmatis pena, aut minimum similes penas corporales, quibus tamen vita parcitur, in facie hominis admittuntur, profecto etiam illa ipsa permissa erit, præsertim Principiis nostris, quippe qui ad certum penas genus præcisè ad stricti neutiquam sunt, sed jure determinandi penam & irrogandi unam è pluribus, in re moraliter illicita, gaudent: Ziegler, de Jur. Majest. L. 1. c. 5. §. 52. & seqq. Struv, Synagm. Jur. civ. exerc. 48. ib. 22. Carpz. p. 4. c. 34. def. 1. Schilt, exerc. ad Pan-decl. 49. §. 173. & in terminis §. 181.

§. XVII.

Rebus autem nunc sic comparatis, nequè etiam supra in medium allatae rationes dubitandi hic cum effectu obmove ri possunt. Nam, quoad primum, uti non unam ob causam gentes superstitione se cultris atque lanceolis dilacerabant: Sic enim e. gr. 1. Reg. 18. v. 28. De Pseudo-Prophetis Baal legitur, quod le, ad propitiandum sibi reddendum falsum, quem colebant DEUM, hunc in modum inciderint, donec pleno sanguine perfusi fuerint: Ita etiam ius moris erat, idem in funeribus cognitorum amicorum peragere: Et hoc faciunt, quæ ex Anton. de Guevare, Epis. aur. Germ. part. 1. p. 133. refert Christof. Crusius in Tract. de Tortur, & indic. delict. part. 3. c. 2. n. 132. ibi: Die Egyptische Priester hatten auch im Gebrauch, wann ihnen ihr Hoher Priester mit Tod abging, daß sie alsdenn sich selbst mit einem heiligglühen Eyen ein Zeichen in der Hand, am Arm, oder an der Brust brenneten, damit sie, als offst sie solches Zeichen ansahen, darüber weineneten. Cum itaque de hoc superstitione more, & ne videlicet Hebraei mortuum deplorantes eundem imitentur, non autem de damnatis scelerum Devier, 14. v. 1. sermo sit, ideo hic textus Stigmatum in facie penas neutiquam refragatur. Nec etiam ulterius allegatus locus Devier, 25. v. 2. & 3. obstatre potest, siquidem ibi

non tam poena delicto adæquata, licet ejus vestigia in corpore humano remaneant, prohibita; Hoc enim, etiam si quadragenarius iætuum flagellorum numerus non superatus fuerit, accidisse, vel ex notis plagarum, quas Apostolus Paulus pro nomine Christi aliquoties accepit, apparet, vid. Epist. ad Galat. cap. ult. v. 17. ibi: *Ego enim Stigmata Domini Jesu in corpore meo porto: conf. 2. ad Corin. II. v. 24.* sed excessus in se jam satis gravis flagellationis poenæ, sive savitria in illa irroganda interdictum, ex ratione, qua in versione B. Lutheri Deut. 25. v. 3, ita sonat: *Auf daß nicht dein Bruder schäflich vor deinen Augen sey: add. Joh. Olearius Biblische Erklärungen ad hunc locum*, ubi inter alia dicitur: *Schäflich und abdetulich sey, wie man die Heydnische leibeigene Knechte zu halten pflegte, und wenig achtete, 1. Sam. 30. v. 13.* Hoc igitur temperamentum, ut scilicet mensura peccati sit plagarum modus, & ne id, quod ad corporis coercitionem tantummodo tendit, vita periculum inferat, probè adhibendum. Et hinc atque ex eo, quod lex Mosaica Judæis majorem quadragenario iætuum numerum inhibet, venit, quod iidem, ne hunc ex errore forsitan vel fervore animi excederent, non nisi triginta novem, & D. Paulo, & aliis insfixerint, Salva interim mea manet thesis, quæ, seposito antiquo illo more, quo non paucis & quidem ingentibus literis, imo etiam pluribus verbis, crimen quandoque per totam faciem ducebatur, in præsentiarum saltem afferro, talia signa, ex quibus maleferenti dignosci queant, quod per rotæ, patibuli, &c. notas obtinetur, justè imprimi posse; Hujusmodi Stigmata quippe nec savitiam, nec enormitatem paenæ, aut dilacerationis, ut alia nunc hic taceant, inducent.

§. XIX.

Quod porro rationem dubitandi secundam attinet, certe quidem certius est, hominem ad similitudinem DEI creatum esse, idque sine discrimine inter masculum & feminam, Gen. 1. v. 25. cum seq. & c. 2. v. 18. it. c. 5. v. 1. & seq. hoc enim non minus rationis capax, quam ille, & homo apud Latinos, propriâ verbi

verbi significatione , marem simul & feminam complectitur ,
 hocquē in sensu etiam in L. 152. ff. de V. S. accipitur , & proin-
 de ea , qua in Bajardi addit. & annotat. ad Jul. Clar. Sententiar.
Lib. V. qu. 70. n. 1. & 2. pravā prius erroneā assertione , homi-
 nem in facie , quia hāc ad similitudinem faciei DEI sit for-
 mata , Stigmate notari neutiquam posse , ulterius de eo , an
 non contrarium de muliere , cūm pro ea modō allata ratio
 non videatur militare , dici possit , moventur dubia , calamī-
 stro maximopere inusta emineant : vid. Dan. Beyer. *Jusfinian.*
controvers. & *non controvers.* Ex i. lib. i. iii. 3. ib. 17. Ast cūm ho-
 mo duplici gaudet naturā , corporeā vel animali , & mente
 seu spirituali , inde oritur quæstio , an in hac , an verò in illa ,
 imago Divina residet ? Posterior uti nulla nititur ratione , in-
 superquē , cum Anthropomorphitarum sc̄cta , Summum o-
 minum Creatorem figurā & specie humānā p̄aditum , adeoque
 corporeum , & ad instar naturæ animalis corruptioni obno-
 xiūm , falso supponat , ita illud neutiquam admittendum , et
 iam si quis dicere vellet , corpus hominis ad imaginem divi-
 nam saltem analogiè conditum es̄e , siquidem & id gratis
 afferitur , & hac analogia sive comparatio corporis cum DÉO
 incorporeo , ob apertam disconvenientiam , haud procedit .
 Rectius itaq̄ē prius , similitudinem videlicet divinam non
 in externis , sed in mente vel natura spirituali , dum DÉUS
 hominem sapientem , justum , beatum & dominum creatu-
 rarum condidit , confistere , afferit , id quod etiam Magni-
 ficus Dominus Præfes in Programm. ad Dr. Frankenstein. Diff. de
Usu Albinagii in German. verbis: *Et istam sapientiam DÉUS inter*
homines per imaginem divinam , ad quam homo conditus , expedit ,
legem aeternam nec ore , nec scripto ipsis communicans , &c. innuit ,
atque Sacris Literis penitus consentaneum est. vid. Gen. i. v. 26.
Ecclesiastic. 17. v. 1. seqq. Coloss. 3. v. 10. Ephes. 4. v. 24. add. Gloss.
Osiandri ad cit. loc. Cruf. allegat. tract. de Tort. & Indic. delict. par. 3. c. 2. n. 132. Nec etiam his ea , qua ex Speckhahnio sunt
 adducta , obesse possunt , quia Deuter. 21. v. 22. & 23. Judæis
 quidem lex , ne adjudicatum morti & appensum in ligno re-
 linquant , data , sed id non propterea , quod homo ad ima-
 ginem

ginem divinam conditus esset , & quod hæc forsan , si appen-
fus in ligno permaneret , laceretur , factum fuit , nam de hoc
ibidem ne verbulo quidem sit mentio , & hæc lex alium pla-
nè habet significatum , quem vid. in Osiandr. *Gloss. ad hunc*
text. Et posito tandem , in veritatis autem præjudicium neuti-
quam concessio , hominem etiam quoad externa ad imaginem
Omnipotens creatum esse , quid inde ? Eritne ideo impunis
dimitendus , & nedum , quod plus utique est , quam faciem de-
formare , ob maleficia de medio tollendus ? Nil minus ! dicitur
potius Gen. 9. v. 6. *quicunque effuderis humanum sanguinem , per*
hominem fundetur sanguis illius , ad imaginem quippe DEI factus est
homo. Ut nunc taceam , ejusmodi hominem , qui non de eo ,
ut , deplorando Protoplastorum lapsu tantum non penitus a-
missa vera , de qua dixi , imago divina , per verbum DEI & Spi-
ritum Sanctum in ipso restituatur , sollicitus est , sed in sce-
lera quævis ruit , diabolo , malorum parenti , similiorem esse ,
quam DEO ter Optimo .

§. XIX.

Quemadmodum autem , secundum tradita , nec in to-
to hominis corpore imago divina cernitur , sic eadem etiam ,
quod ad tertium dubium notandum , frustra in facie asseritur.
Quamvis enim in hac , licet non privative , resulgeat DEI glo-
ria , juxta illud Poëta :

Pronaque cum spicenti animalia cetera terram ,

Os hominis sublimè dedit , calumque videre

Jussu , & cœlos ad sidera tollere vultus ;

Atquæ etiam porro ex plurimorum sententia supponatur ,
intellectum in capite residere , indè tamen non sequitur , fa-
ciem ad imaginem & pulchritudinem cœlestem formatam ,
aut eandem Stigmata aliquo , præsertim tali , quo illa nec
lancinatur , nec sanè ita deformatur , ut homo amplius co-
gnosci nequeat , poenæ nomine haud notandam esse . Hinc
perpenitus his omnibus , ac etiam eo , quod ex vultu animi
affectus sèpius perspici possint , & quod Salvator mundi fa-
ciem hominis & corpus assumferit , latueritquæ sub humana
specie

specie cœlestis pulchritudo , cum Matthæo de Crimin, loc. cit. reçlè concluditur , nihil horum esse quod feriat , aut ad unguem satisfaciat . Claudiat itaqùe prohibitionis Stigmatis in facie poenâ à Constantino M. in L. 17. C. de Pan. expressa ratio . Nec etiam melioris esse conditionis à Grenwegio substatutam ac supra §. 7. allegatam , ex responsione ad eandem in subsequentibus dandam apparebit . Interim non defunt alia circa hanc legem conjecture : Nimirum , uti ex Historia Ecclesiastica notum est , primos Christianos , qui reverâ etiam Cruciani erant , in memoriam passionis Dominicæ , frontem crucis figurâ signasse ; conf. Dn. Wildvogel. *dissert. de Veterab. Cruc. Signo.* Uti verò porrò legitur , quod signum crucis quoquè Stigmatis poenalis loco exhibitum sit ; Ita etiam videtur , eos , qui extra Christi Ecclesiam erant , quivè intensissimâ curâ id semper agebant , ut omnia in Christianorum ignominiam atquè opprobrium verterent , huncè , qui magnâ semper habebatur in veneratione , crucis characterem , iusdem in majorem contemptum despiciatumquè inuisisse , eo ipso autem , & quod Osius , Cordubensium Episcopus , tali forsan Stigmate insignitus in Synodo Nicana compa- ruerit , præmemoratum proto Christianum Imperatorem Constantinum M. motum fuisse , ut hanc & simul omnem notabilem ante illud tempus usitatam in facie maculam , in reverentiam crucis salutiferæ , ignominiosè inuendam inhiberet . At quidquid horum sit , non dubito afferere , rationem prohibitiav in L. 17. C. de Pan. adductam , ex nimio & quidem primo primæ Constantinianæ pietatis fervore profluxisse , adeoque , uti jam dictum , æquè mancam , ac alias , quaæ à variis substituuntur , inadæquatas & nostris temporibus vix accommo- dabiles esse , judico ; Hinc quoquè haud improbable vide- tur , modò memoratam legem in Germania non esse in usum deductam , aut posteriori saltē tempore rausus reprobatam fuisse . Et hac hic ad rationem dubitandi tertiam ; Reliqua , & potissimum ea , quaæ ratione harmonizæ pretensiæ inter Jus Canonicum & Civile in medium allata , vid. supra §. 14. b.

§. XX.

Reprobanda quarta nunc sese offert dubitandi ratio: Non tantum igitur ex præcedentibus, præprimis ex §. 7.mo hujus cap. jam in propatulo est, quām proficia ad salutem Reipublicæ, adeoq; ad finem pœnarum principalem obtinendum proterorum hominum notatio sit; Sed etiam exinde ulterius confirmatur, quod si quā alia via, profectō per Stigmatis in facie iuustitionem finis subordinatus primarius, quo aliorum territio intenditur, & ad quem omnium maximus pœnarum fructus pertinet, attingatur. Hinc etiam id, quod de altero subordinato pœnarum fine, emendatione scilicet delinquentis, obmovetur, eo minus hic locum invenire poterit, quod certius, non indistincte in omnibus, sed graviorum delictorum reis, & potissimum in iis, qui abjecte, nec non perdite plane sunt viata, & à quibus nulla salus, sed potius maxima Reipublicæ damna importantur, obtinere. Accedit, quod si ex eo aliquid non esset admittendum, quia varia inde, citra intentionem, sequerentur inconvenientia, optima quavis non raro forent reprobanda; Quis enim ignorat, dari laxioris conscientiae homines, & adjurandum, imò & pejerandum, facillimos? An propterea pernecessarius juramenti usus abrogandus? Minime. Sufficit itaque, quod talia inconvenientia ex Stigmatis in facie pena non necessario & per se; Siquidem & illa, uti supràjam monitum, nec ideò à Constantino M. prohibita, quod Reipublicæ securitati damnoſa fuerit, nec etiam alibi de tali contrario effectu quidquam legitur; Sed per accidens, ex protervia malitiaque hominum maleficis quasi innutritorum orientur, & quod hujusmodi farinæ homines, quippè quos non tam pena, quam delicta commissa detestabiles & infames reddunt, non misericordia, Deut. 19. v. 21, ibi: nequæ misereberis ejus, quin imò duro cuneo, nec non tali digni sint extrinseco scelerum signo, ex quo mali commissi perpeſſimè prætentissimum semper habeant ſymbolum, quodve iis tandem, si, hunc in modum moniti, sapere nondum dicant, sed in idem ulterius latum ruere non reformident, funestam ad patibulum, vel aliud.

lind suppliciorum genus , viam pandere possit , prout hac de re
Glossa ad cit. art. 38. Sächsischen Weichbilds , appositiè bis disse-
 rit verbis : Kommen sie aber des Dinges in Gewohnheit , man
 gibt in höhere Zeichen , und man zeichnet sie mit dem Strang , &c.
 Atque sic demum Stigmatici suāmet culpā experiuntur , notz
 iniunctionem primam quasi (quod alias de fustigatione dicunt) in-
 augurationem ad furcam , die erste Weyhe zum Galgen , fuisse . Uti
 ceterū nec fustigationis , sic etiam nec hæc Stigmatis poena ne-
 cessariō semper conjunctam habet relegationem , & si hæc poenæ
 eandem habeant conjunctam , tunc tamen ad posteriorem id ,
 quod priori , vel etiam simplici relegationi objicere solent , cādem
 nimurum malæ farinæ homines , in loco ubi deliquerunt jam jam
 cognitos , juberi ad alios exularare , apud quos , utpote ignoti , pra-
 vitatem suam commodiū exercere possint , neutriquam quadrat ,
 quandoquidem hæc maximē intenditur , ut malefici ex charac-
 tribus infictis aliis innotescant , & hi indē ab illis se præcavere , nec
 non Judices manifestum perpetrati delicti indicium sumere pos-
 sint . Quocirca & quarta nunc ruit dubitandi ratio .

§: XXI.

Quintum verò dubium ut removetur , monendum , hic non
 iam esse questionem , quis modus ad coercenda delicta aptior ;
 sed quis justus sit . In præcedentibus autem jam allega-
 tum , Principi , sive supremæ Reipublicæ potestati , unam è pluribus
 poenam determinare atque irrogare , neutriquam prohibitum esse .
 Et sane nunc porrò res ipsa loquitur , cùm poena , quæ in hac regiō-
 ne vel civitate videtur aptissima , in alia variis ex causis locum non
 habeat . Imò in eadem sapientiæ Republica , poena , quæ ceteroquin
 coercendis delictis satius videbatur commenturata , mutatis circum-
 stantiis , vix amplius applicabilis est . Sic e. gr. orto A. 1641. in Sa-
 xonia bello , Serenis . tum temporis Elektor D. Joh. Georg. I. rele-
 gationem & folam , & cum fustigatione conjunctam , ne sic puniti
 ad hostes transirent , atque in Saxoniam reversi res damnosas ex
 vindictæ cupidine molirentur , suspendendam censuit , quæ ta-
 men alias usitatisimma erat : vid. Dn. Berger . in *Suppl. ad Electora*
Jurisprud. Criminal. part. 1. obs. 5. pag. 14. seqq. Non itaque hic dam-
 nationem ad tritemes , aut ad alios in fortalitiis exantlandos labo-
 res , improbo , id tamen , ut alia nunc prætermittam , certissimum

D

existi-

existimo, quod quemadmodum his in locis, quippè quæ maloram plerumque hominum quædam quasi sentinæ atque receptacula sunt, anteà jam corrupti mores facilius in deteriorius mutentur, quam emendentur, ita quoquè hasce pœnarum species oppidò nec semper, nec ubique commodè ad praxin reduci, atque vel ideo etiam nec in judicando ad easdem summannam in Republica potestatem adstringi posse. Et idem etiam de ergasteriis dicendum, nam & hæc, ut reliqua nunc non repeatam, vix ubivis reperiuntur, & interdum ita comparata sunt, ut neutiquam, ad corrigendam aut extirpandam tamamplam sibi noxiiorum ac deploratorum cingarorum, infamum scortorum, crumenis carum, sine lare fide quæ viventium erronum, & aliorum quorumcunque pessimorum ac deperditorum hominum segetem, sufficient. Evidem instabis: Talia esse exstruenda; Verum sunt verba, quæ si res accusatiū examinatur, & præprimis in sumptus ac redditus, ad extirptionem & congruam ejusmodi ergasteriorum sustentationem necessarios, inquiritur, tam citò, tamquæ facilis modo in effectum vix possunt deduci. Nunquam profectò ejusmodi defuere consilia, ast, eadem haud raro optabili, aut ad minimū tam celeri eventu destituta manifise, similiter non desunt exempla. Sed manum de tabula!

S. XXII.

Progrederior ad sextam dubitandi rationem à Grœnewegio tanquam Juris Romanorum Civilis auxiliariorum, infelici tamen cum successu, substitutā. Nam hoc etiam fine Stigmata in facie insiguntur, ut aliis delinquentibus horror incutiantur; De cetero vero eorum aspectus non tam horridus est, ut aliis nocere, vel immaturo partui officere possit, & si quod hic tandem damnum fivè scandalium, acceptum potius est, vel sumptum, quam à judge datum, adeoquè etiam nec huic erit imputandum. Et sanè si illum cum mulierularum quarundam imaginatiunculis, sibi vanis, pacatas commetiri oporteret, optimæ quævis pro salute Reipublicæ comparata non raro forent intermittenz. Concidit igitur & hæc auxiliaris ratio.

S. XXIII.

Nec porro firmius septimum est dubium. Evidem, quotidianorum & quoquè nuper admodum Regiomontio in novis publicis

cis relatorum exemplorum gnarus, non dubito, facilius aliquem aures, vel nasum, etiam extra pœnæ reatum, amittere posse. At rariora videntur exempla, quod signa, Stigmatibus pœna loco inflatis per omnia similia, in facie hominis aliunde obveniant. Interim si hoc accidat, prout accidere utique potest, id iterum non judici, sed nefanda hominum protervia & fortunæ adversæ impunitandum, inquæ eo solamen querendum erit, ut testimonium legitimum, notam in facie conspicuam non delicto, sed fatali cuiplam casui, causam debere, & nequaquam probrosam esse, impetretur, quo ipso dein damnum alias exinde metuendum quoquo meliori modo evitari queat.

§. XXIV.

Octavam sive ultimam dubitandi rationem ut denique extutiam, nemo negabit, apud gentes diversas, diversisque in regionibus ac provinciis, varias etiam pœnas excogitas esse; Ast & id nullus inficias ibit, in hac pœnarum materia ab una gente sive populo, ad alium argumentum firmiter concludens duci vix posse. Nec etiam sequitur, hæc vel illa pœna non est in usu, ergo videtur prohibita. Licet igitur (ut proprius ad Germaniam nostram accedam) Stigmatum in facie iniustione delicta in una aut altera provincia hand coerceri solerent, solus hicce nonnullus thesi mea haud officeret: Imò etiam in aliquo loco hujusmodi coercitio in contradictrio reprobata esset, quid inde? Sanè id pro delicti & delinquentis, aliarumque circumstantiarum conditione fieri potuisse, salvâ ceteroquin, in primis aliis in locis, Stigmatum in facie iustitia, add. §. preced, 21. Non itaque me movent, quæ nonnulli de contraria observantia in medium proferunt. Si enim eam accuratiū examinabis, facili operā invenies, illam vel non constantem, vel non evidenter, vel in fine non universalem esse, ref. huc omnino §. *an-*
tecad. 15. Prænde judiciorum votorumque pluralitate mutatis, non raro quoque mutantur sententiæ, & scita Doctorum de praxi, in materiis præsertim ejusmodi controversis, sibi non ultra sunt extendenda, quam ad illa tempora, quibus idem vixerunt. Hinc, inter alia, non mirum, quod apud eosdem, etiam in substrata materia, tam variantes, ut ita loquar, lectiones reperiantur. Nam, ad exterorum populorum circa Stigmata in facie mores ut revertar, in Regno Neapolitano eadem

practicā quotidianā observari ex Angel. tr. de Malef. in verbo : facie , tradit Crusius loc. supra cit. Et quod alias idem in Gallia obtinuerit , asserunt Gregor. Syntagm. Jur univ. lib. 31. c. 35. n. 4. Author Lexic. Jurid. quod ex typograph. Jac. Sterri prodit, voce : Bullare. In Hollandia quendam , qui dedita operā alicuius faciei vulnus infixerat , poit publicam fustigationem , ex sententia Scabinorum Delphensium die 20. Decembbris 1618. lata , talionis pœnam subiisse , testatur Grönweg , in alleg. tract. ad. L. 17. C. de Pœn. n. 11. Ceterum etiam in Anglia hanc pœnam in usu esse legitur in Henr. Anton. Geisens Teutschem Corp. Jur. L. 6. c. 1. §. 18. Quodvè Hispani furibus notam in fronte inurere soleant , præter dictum Geisium , ex Joh. de Pined. itidem refert Crus. cit. loc. Imò & apud Turcas falsum testimonium dicentes in fronte manibusque Stigmate signari , videre est ex Dn. Wildvogel. supra cit. Dissert. de Venerab. Signo Crucis , Sched. 6. §. 2. & Aut. ibid. allegat.

§. XXV.

Excussis autem nunc sic atquè remotis contrariis , evictaq; Stigmatis in facie pœnæ justitia & aequitate , nullus amplius dubito , quin ad coercenda delicta recte adhiberi queat , dummodò in eadem imponenda , sicuti in aliis pœnis , circumspecte , personā videlicet , causa , loco , tempore , omnibusve circumstantiis probe consideratis ac investigatis , procedatur.

§. XXVI.

Atq; hæc sunt , quæ superato , privatos intra parietes Magnifici & Spectatissimi h. t. Domini Decani Amplissimæ Juridicæ Facultatis , examine Candidatorum consueto , & apertâ ad ulteriora specimina viâ , in usum exercitiū publici , Dissertationis Inauguralis loco , in Inlyta hac Hierana conscribere mihi licuit. Plura , fateor , atquè limatiōra de electo themate , præsertim , si his primis , posteriores cogitationes addere integrum fuisset , in medium proferri potuissent ; Sed nec institutiō ratio , nec etiam subsidiorum necessariorū m defectus , nec deniq; propediem inflans abitus , hoc permisere , & hinc etiam me tanto facilius in eo veniam impetra .

turum spero.

F I N I S.


¶) o (¶)

TA-OC (1+12)

56.



B.I.G.



1719. 21.
Q. D. B. V.

40.
27

DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM
DE

STIGMATIBUS IN FACIE,

von

Brandmalen im Angesicht,

EX DECRETO ET AUTORITATE

ILLUSTRIS JCOTORUM ORDINIS
IN PERANTIQUA ERFORDIENSI ACADEMIA.

PRÆSIDE

DOMINO

ERNESTO TENZELL,

JCTO,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUN-
TINI CONSILIARIO REGIMINIS, JUDICI PROVINCIALIS ERFOR-
DIENSIS ASSESSORE, NEC NON CONSULE CIVITATIS PRIMA-
RIO, ET h. t. DECANO,

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTRIQUE JURE HONORES ET PRIVI-
LEGIA DOCTORALIA RITE AC SOLENNITER CON-
SEQVENDI,

ERUDITORUM DISQVISITIONI SUBJICET
DIE XX. DECEMBR. ANNI M DCC XIX.

GEORG. SAMUEL SCHEFFER,

DINCKELSBUEHLensis.

LOCO HORISQUE CONSuetis.

ERFORDIAE, Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Academæ Typographi.